

How Can We Acquire Knowledge and Transmit It? The Response of Thomas Aquinas

Mercedes Rubio, PhD
Polis – The Jerusalem Institute of Languages and Humanities

I. Aristotle on the Role of Signs in Human Communication

- 1) *Metaphysica Book Γ, 1006a*: The starting-point for all such discussions is not the claim that he should state that something is or is not so [20] (because this might be supposed to be a begging of the question), but that he should say something significant both to himself and to another (this is essential if any argument is to follow; for otherwise such a person cannot reason either with himself or with another); and if this is granted, demonstration will be possible, for there will be something already defined. But the person responsible is not he who demonstrates but he who acquiesces; for though he disowns reason he acquiesces to reason.
- 2) *Ibid. 1006b*: If on the other hand it be said that "man" has an infinite number of meanings, obviously there can be no discourse; for not to have one meaning is to have no meaning, and if words have no meaning there is an end of discourse with others, and even, strictly speaking, with oneself; because it is impossible to think of anything if we do not think of one thing; and even if this were possible, one name might be assigned to that of which we think. Now let this name, as we said at the beginning, have a meaning; and let it have one meaning.
- 3) *Soph. Refut. 1, 165 a 6-18*: Since it is impossible to argue by introducing the actual things under discussion, but we use names as symbols in the place of the things, we think that what happens in the case of names happens also in the case of things, just as people who are counting think in the case of their counters. But the cases are not really similar; for names and a quantity of terms are finite, whereas things are infinite in number; and so the same expression and the single name must necessarily signify a number of things.
- 4) *Peri Hermeneias I, 16a 4-9*: Words spoken are symbols ($\sigmaυμβολα$) of affections in the soul, and written words are symbols of words spoken. As writing, so also is speech not the same for all men. But the affections of the soul themselves, of which these words are primarily signs ($\sigmaημεια$), are the same for the whole of mankind, as are also the objects of which those affections are likenesses, images or copies.
- 5) *Anal. Prior. II 27, 70a 7*: Anything which involves in its being the being of something else, either at the same time or before or later, and by virtue of this peculiar nature stands for the latter and points to it.

II. St. Augustine's Neoplatonic Reinterpretation

- 6) *In Rom. 4, 2*: Signum namque dicitur, cum per hoc quod videtur aliud aliquid indicatur.
- 7) *De magistro II, 3*: Constat ergo inter nos verba signa esse. Cf. also XI, 37: Verissime dicitur cum verba proferuntur aut scire nos quid significant an nescire: si scimus, commemorari potius quam discere

III. Aquinas' Description of Signs

- 8) *S. Theol. I q. 103, a. 1 ad 1*: Ad primum ergo dicendum quod aliquid movetur vel operatur propter finem dupliciter. Uno modo, sicut agens seipsum in finem, ut homo et aliae creaturae rationales, et talium est cognoscere rationem finis, et eorum quae sunt ad finem. Aliquid autem dicitur moveri vel operari propter finem, quasi ab alio actum vel directum in finem, sicut sagitta movetur ad signum directa a sagittante, qui cognoscit finem, non autem sagitta. Unde sicut motus sagittae ad determinatum finem demonstrat aperte quod sagitta dirigitur ab aliquo cognoscente; ita certus cursus naturalium rerum cognitione parentium, manifeste declarat mundum ratione aliqua gubernari.
- 9) *S. Theol. I-II, q. 13 a. 2 ad 3*: Et ideo virtus moventis apparent in motu mobilis. Et propter hoc in omnibus quae moventur a ratione, apparent ordo rationis moventis, licet ipsa rationem non habeant, sic enim sagitta directe tendit ad signum ex motione sagittantis, ac si ipsa rationem haberet dirigentem. Et idem apparent in motibus horologiorum, et omnium ingeniorum humanorum, quae arte fiunt. Sicut autem comparantur artificialia ad artem humanam, ita comparantur omnia naturalia ad artem divinam.

- 10) De Potentia, q. 7 a. 10, Resp.: Similiter nummus est extra genus illius actionis per quam fit pretium; quae est conventio inter aliquos homines facta: homo etiam est extra genus artificialium actionum, per quas sibi imago constituitur. Et ideo nec homo habet relationem realem ad suam imaginem, nec nummus ad pretium, sed e contrario.

IV. Aquinas' Synthesis of his Predecessors

V. The Role of Signs in the Transmission of Knowledge

- 11) De veritate, q. 2 a. 1 ad 4: Dico igitur, quod scientia quae in nobis invenitur, habet quidem aliquid perfectionis, et aliquid imperfectionis. Ad perfectionem quidem eius pertinet certitudo ipsius, quia quod scitur, certitudinaliter cognoscitur; sed ad imperfectionem pertinet discursus intellectus a principiis in conclusiones, quarum est scientia; hic enim discursus non contingit nisi secundum quod intellectus cognoscens principia, cognoscit conclusiones in potentia tantum; si enim actu cognosceret, non esset ibi discursus; cum motus non sit nisi exitus de potentia ad actum.
- 12) De veritate, q. 11 a. 1 ad 2: Cognitio rerum in nobis non efficitur per cognitionem signorum, sed per cognitionem aliarum rerum magis certarum, scilicet principiorum, quae nobis per aliqua signa proponuntur, et applicantur ad aliqua quae prius nobis erant ignota simpliciter, quamvis essent nobis nota secundum quid, ut dictum est. Cognitio enim principiorum facit in nobis scientiam conclusionum, non cognitio signorum.
- 13) De veritate, q. 11 a. 1 ad 4: Ex sensibilibus signis, quae in potentia sensitiva recipiuntur, intellectus accipit intentiones intelligibiles, quibus utitur ad scientiam in seipso faciendam. Proximum enim scientiae effectivum non sunt signa, sed ratio discurrens a principiis in conclusiones, ut dictum est.
- 14) De veritate, q. 12 a. 7 ad 5: Sicut in eo qui ex signis scientiam accipit, signorum cognitio est via ducens ad res ipsas; ita e converso in eo qui significat aliquid, cognitio rei significandae praesupponitur ad formationem signorum: non enim potest aliquis rei ignorat, congrua signa adhibere.
- 15) De veritate, q. 11 a. 1 ad 3: Illa de quibus per signa edocemur, cognoscimus quidem quantum ad aliquid, et quantum ad aliquid ignoramus; utpote si docemur quid est homo, oportet quod de eo praesciamus aliquid: scilicet rationem animalis, vel substantiae, aut saltem ipsius entis, quae nobis ignota esse non potest. Et similiter si doceamur aliquam conclusionem, oportet praescire de passione et subiecto quid sunt, etiam principiis, per quae conclusio docetur, praecognitis; omnis enim disciplina fit ex praexistenti cognitione, ut dicitur in principio posteriorum.
- 16) De veritate, q. 11 a. 1 arg. 2: Praeterea, si homo docet, non nisi per aliqua signa: quia si etiam rebus ipsis aliqua docere videatur, ut puta si aliquot quaerente quid sit ambulare, aliquis ambulet, tamen hoc non sufficit ad docendum, nisi signum aliquod adiungatur, ut Augustinus probat in l. De magistro: eo quod in eadem re plura convenient, unde nescietur quantum ad quid de re illa demonstratio fiat; utrum quantum ad substantiam, vel quantum ad accidentis aliquod eius. Sed per signa non potest devenir in cognitionem rerum, quia rerum cognitio potior est quam signorum; cum signorum cognitio ad rerum cognitionem ordinetur sicut ad finem: effectus autem non est potior sua causa.
- 17) De veritate, q. 11 a. 1 co.: Et similiter etiam contingit in scientiae acquisitione, quod eodem modo docens alium ad scientiam ignotorum deducit sicuti aliquis inveniendo deducit seipsum in cognitionem ignoti. Processus autem rationis pervenientis ad cognitionem ignoti inveniendo est ut principia communia per se nota applicet ad determinatas materias, et inde procedat in alias particulares conclusiones, et ex his in alias; unde et secundum hoc unus alium dicitur docere quod istum decursum rationis, quem in se facit ratione naturali, alteri exponit per signa et sic ratio naturalis discipuli, per huiusmodi sibi proposita, sicut per quaedam instrumenta, pervenit in cognitionem ignotorum. Sicut igitur medicus dicitur causare sanitatem in infirmo natura operante, ita etiam homo dicitur causare scientiam in alio operatione rationis naturalis illius: et hoc est docere; unde unus homo alium docere dicitur, et eius esse magister.

- 18) De veritate, q. 11 a. 1 ad 11: In discipulo describuntur formae intelligibles, ex quibus scientia per doctrinam accepta constituitur, immediate quidem per intellectum agentem, sed mediate per eum qui docet. Proponit enim doctor rerum intelligibilium signa ex quibus intellectus agens accipit intentiones intelligibles, et describit eas in intellectu possibili. Unde ipsa verba doctoris audita, vel visa in scripto, hoc modo se habent ad causandum scientiam in intellectu sicut res quae sunt extra animam, quia ex utrisque intellectus agens intentiones intelligibles accipit; quamvis verba doctoris propinquius se habeant ad causandum scientiam quam sensibilia extra animam existentia inquantum sunt signa intelligibilium intentionum.
- 19) De veritate, q. 11 a. 1 ad 14: Homo exterius docens non influit lumen intelligibile; sed est causa quodammodo speciei intelligibilis, inquantum proponit nobis quaedam signa intelligibilium intentionum, quas intellectus noster ab illis signis accipit, et recondit in seipso.
- 20) De potentia, q. 7 a. 10 arg. 10: Cum intellectus sit rerum similitudines, et voces sint signa rerum, ut dicit philosophus, aliter ordinantur ista apud discipulum, et aliter apud doctorem. Doctor enim incipit a rebus in quibus scientiam accipit in suo intellectu, cuius conceptiones voces signant; discipulus autem incipit a vocibus per quas in conceptiones intellectus magistri pervenit; et ab eis in rerum cognitionem.
- 21) Summa Theologiae II-II, q. 181 a. 3 co: Actus doctrinae habet duplex obiectum, fit enim doctrina per locutionem; locutio autem est signum audibile interioris conceptus. Est igitur unum obiectum doctrinae id quod est materia sive obiectum interioris conceptionis.
- 22) Summa Theologiae III, q. 12 a. 3 ad 2: Ad secundum dicendum quod ille qui addiscit ab homine non accipit inmediate scientiam a speciebus intelligibilibus quae sunt in mente ipsius, sed mediantibus sensibilibus vocibus, tanquam signis intellectualium conceptionum. Sicut autem voces ab homine formatae sunt signa intellectualis scientiae ipsius, ita creaturae a Deo conditae sunt signa sapientiae eius, unde Eccli. I dicitur quod *Deus effudit sapientiam suam super omnia opera sua*. Sicut igitur dignius est doceri a Deo quam ab homine, ita dignius est accipere scientiam per sensibiles creaturem quam per hominis doctrinam
- 23) Summa Theologiae I, q. 117 a. 1 ad 3: Magister non causat lumen intelligibile in discipulo, nec directe species intelligibiles, sed movet discipulum per suam doctrinam ad hoc, quod ipse per virtutem sui intellectus formet intelligibiles conceptiones, quarum signa sibi proponit exterius
- 24) Summa Theologiae I, q. 117 a. 1 ad 4: Signa quae magister discipulo proponit, sunt rerum notarum in universali, et sub quadam confusione; sed ignotarum in particulari, et sub quadam distinctione.

VI. The Breakthrough of the *Quaestio de attributis*

- 25) Super Sent., lib. 1 d. 2 q. 1 a. 3 Co: Non enim hoc dicitur, quasi ipsa intentio quam significat nomen rationis, sit in re; aut etiam ipsa conceptio, cui convenit talis intentio, sit in re extra animam, cum sit in anima sicut in subjecto: sed dicitur esse in re, inquantum in re extra animam est aliquid quod respondet conceptioni animae, sicut significatum signo.
- 26) Ibid.: Ratio, prout hic sumitur, nihil aliud est quam id quod apprehendit intellectus de significatione alicujus nominis: et hoc in his quae habent definitionem, est ipsa rei definitio, secundum quod philosophus dicit: ratio quam significat nomen est definitio. Sed quaedam dicuntur habere rationem sic dictam, quae non definiuntur, sicut quantitas et qualitas et hujusmodi, quae non definiuntur, quia sunt genera generalissima. Et tamen ratio qualitatis est id quod significatur nomine qualitatis; et hoc est illud ex quo qualitas habet quod sit qualitas. Unde non refert, utrum illa quae dicuntur habere rationem, habeant vel non habeant definitionem.
- 27) Ibid.: Et sic patet quod ratio sapientiae quae de Deo dicitur, est id quod concipitur de significatione hujus nominis, quamvis ipsa sapientia divina definiri non possit. Nec tamen hoc nomen ratio significat ipsam conceptionem, quia hoc significatur per nomen sapientiae vel per aliud nomen rei; sed significat intentionem hujus conceptionis, sicut et hoc nomen definitio, et alia nomina secundae impositionis.
- 28) Ibid.: Unde sciendum, quod ipsa conceptio intellectus tripliciter se habet ad rem quae est extra animam. Aliquando enim hoc quod intellectus concipit, est similitudo rei existentis extra animam, sicut hoc quod concipitur de hoc nomine homo; et talis conceptio intellectus habet fundamentum in re immediate, inquantum

res ipsa, ex sua conformitate ad intellectum, facit quod intellectus sit verus, et quod nomen significans illum intellectum, proprie de re dicatur. Aliquando autem hoc quod significat nomen non est similitudo rei existentis extra animam, sed est aliquid quod consequitur ex modo intelligendi rem quae est extra animam: et hujusmodi sunt intentiones quas intellectus noster adinvenit; sicut significatum hujus nominis genus non est similitudo alicujus rei extra animam existentis; sed ex hoc quod intellectus intelligit animal ut in pluribus speciebus, attribuit ei intentionem generis; et hujusmodi intentionis licet proximum fundamentum non sit in re sed in intellectu, tamen remotum fundamentum est res ipsa. Unde intellectus non est falsus, qui has intentiones adinvenit. Et simile est de omnibus aliis qui consequuntur ex modo intelligendi, sicut est abstractio mathematicorum et hujusmodi. Aliquando vero id quod significatur per nomen, non habet fundamentum in re, neque proximum neque remotum, sicut conceptio Chimerae: quia neque est similitudo alicujus rei extra animam, neque consequitur ex modo intelligendi rem aliquam naturae: et ideo ista conceptio est falsa. Unde patet secundum, scilicet quod ratio dicitur esse in re, in quantum significatum nominis, cui accidit esse rationem, est in re: et hoc contingit proprie, quando conceptio intellectus est similitudo rei.

VII. Aquinas' Contribution to Semiotics

Nov. 20, 2018